

Band V., Nr. 1582, Seite 342

Abt Konrad und Konvent in Weingarten verleihen dem Ammann Heinrich Stadelar von Ravensburg, seiner Ehefrau, ihren Nachkommen und Erben zwei Äcker gegen eine jährliche Abgabe in Geld und Weizen.

Weingarten, 1260. März 18.

C. dei gratia abbas et conventus monasterii in Winegarten universis, ad quos presens scriptum pervenerit, noticiam rei geste. Noverint tam presentes quam futuri, quod nos devota servicia et fidelia Heinrici ministri de Rauenspurc dicti Stadelarii dilecti nostri adtendentes et^a sibi agrum, quem Kilso quondam a monasterio nostro habuit, pro duobus quartaliis tritici mesure Rauenspurc et agrum illum, qui pertinet in curiam Sulz, pro duobus solidis usualis monete singulis annis de utroque, sicut dictum est, monasterio nostro in festo beati Martini vel quando post admonitus fuerit infra quindenam inde solvendo iuste concessimus et rationabiliter, tali quoque pacto, quod ipse Heinricus, uxor sua Gosdrudis et omnes liberi eorum et nichilominus heredes ipsorum ipsa iugera pro simili censu eternaliter possideant, si censum cum tritico monasterio prefato persolvunt, sicut predictum est, quod si non fecerint, ipsa iugera omnia ad cenobium nostrum libere et sine contradictione qualibet revertantur. Insuper predicta iugera nulli possunt alienare, nisi qui sit ipsorum contubernialis, alioquin sepedicto monasterio erunt libere soluta. Huius facti testes sunt: dominus Her. prior, dominus Bur . . .^b Zwirgunberc, dominus H. prepositus dictus de Constantia, rius^c et frater suus Abelinus, Her. Hellar et F. frater suus, Humpizus niger, H. Humpizus, F. Pistor, Cellensis, Salomon notarius, F. Crumpain et alii quam plures. In huius rei certitudinem presentem literam sigillo nostro fecimus communiri. Nos abbas Augie minoris et H. minister de Rauenspurc dictus Stadelarius profitemur, apposuisse sigilla nostra presenti cedula ad petitionem predictorum.

 Acta sunt hec Winegarten, anno domini M^o CC. LX., feria V^a. post Gregorii, indictione III^a.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Die drei ehemals angehängten Siegel sind verloren.

^aDas *et* passt nicht in die Satzkonstruktion.

^bIm Original Löcher, die Silbe *Bur* und der Buchstabe *Z* sind nicht mehr vollständig vorhanden und deshalb zweifelhaft.

^cIm Original Löcher, der Buchstabe *r* in *rius* ist nicht mehr vollständig vorhanden und deshalb zweifelhaft.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 1602

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weingarten

Ortsindex:

Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Ravensburg
Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Sulz Wüstung (26435)

Sulz, Weingarten, RV, W
 Weingarten Wohnplatz (20565)

Weingarten, RV
 Zwirkenberg, Gestratz, LI